



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Helenvs C. 17. Aprilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

218      *Vita Sanctorum*: 17.APR.  
prēmīum à cālo emēndicavit, ut viven-  
tis carnes verū agmen populare-  
tur. Fatum obiit, quale expertus ac præ-  
vidit, ipso Christi morientis die, cū  
illa verba socii legerent: & inclinato  
capite emisit spiritum. Sed apud mor-  
tuum quoque medicinam morbidi  
quæsiverunt, & verò repererunt, Epile-  
ptici præcipue, non ignari expertū  
mali hujus medicum se accedere. Ex  
Ferrar.

S. HELENVS C. 17.Aprilis.

Evgiendum est citò, quod nocet citò:  
Sapuit isto mature HELENVS con-  
silio, & è mundo priùs quām pueritiā  
exiit, tutiùs inter feras, quām homines  
victurus. Iejunia producenti cacodæ-  
mon escas obtrusit; sed HELENVS &  
cocum & dapiferum aspernatus cum  
Cālo quām Orco prandere maluit;  
mox enim Angeli, ut Christo quon-  
dam dapes esurienti ministrarunt.  
Tanto deinde promptius ipse quoque  
per longa itinerum spatia aliis prandia  
ferre, &, si oneri succubuisset, onagris  
ea imponere, nil repugnantibus piger-  
rimis alioquin animantium. Neque  
jam solū onera illius asini, sed ipsum  
etiam HELENVM, cū Mystam sacri-  
ficii caussā accerseret, per amnem cro-  
codilus transvexit; adeò sanctitati ob-  
temperant oīnnia. Discipulo ejus cū  
Orci

R.  
en-  
re-  
x-  
L  
uto  
or-  
idi-  
le-  
Ex

18 APR.

*Sanctorum.*

219

Orci misericordia bidinis faces admovere-  
ret, incepit HELENVS ad tantas  
redegit angustias, ut extra circulum,  
quem in arenâ scipione descripscerat,  
ne latum quidem unguem aut ungu-  
lam ponere sit ausus, donec turpe incen-  
dium extingueret. Illud etiam me-  
morabile, quod illæsus ignem calcârit,  
ut Zaream Hæreticum falsitatis argue-  
ret, qui perfidiam suam per flamas  
probare non ausus, Catholicæ Religio-  
nis, ut veri auri, pretium auxit. His faci-  
nibus HELENVS Heliopolitanam  
primum mitram, deinde æternitatis  
coronam meruit. *Ex vita PP.*

S. V R S M A R V S C. 18. Aprilis.

**Q**uo tempore mater gravei VRS-  
MARO ferebat uterum, veneran-  
dâ forte canicie senex per visum astitit,  
puerulumque, manu gestatum ejus cu-  
rae commendavit. Excusanti annonæ  
difficultatem panem candidum porre-  
xit, novo mox inter manus auctu gran-  
descente; prodigiique rationem ad  
nascituræ prolis doctrinam retulit,  
cum annis ad multorum mortalium  
emolumenta amplificandæ. Simul  
monstravit enitentem in sublime filio-  
lum per scalam cælo insertam. Præsa-  
gio fidè adstruxit vita cælitibus quam  
hominibus propior: nam Episcopus  
tempore succedente creatus, novem  
annis